ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime ac strenuissime vir,

Communem mihi cum patria fortunam semper esse existimavi. cum ea simul et laetari et dolere soleo. ut in triumphis et laetitiae festis publicis ignibus plerumque chartulas meas addidi, et meo quodam modo sacrificavi; ita et nunc hoc gravi vulnere accepto meas reipublicae lacrymis misceo, et optimi principis manibus pro meo modulo parento. Humanissime igitur te obsecro ut celsissimo principi, filio eius, in quo ipsa respublica adhuc superstes est, vilia haec libamina mea offerre digneris, et affirmes ea ex intimo corde meo, quod celsitudini eius devotum est, emanasse, et summi muneris loco me habiturum, si hoc ei ita videri possit. Tu vero pro hoc officio ita de me statuere poteris, ut de tuo. Vale Hagae Com. IV° Nonas Aprilis CIƆIƆCXLVII.

Tuae nobilitati

addictissimus

J. Forestus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4573

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4573

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4573

Wel edelen gestrengen heer
Den heer van Sulichem ende
Ridderraadt en Secretaris
van syn Hoocht.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Forestus) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4573